

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

In Dionem annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

tempus legitimum concederet, cetera pratoris comitiis permitteret: quibus vsurum fuisse secundis, & impetratum praturam, non erat dabitum, populo tanto ipsius munere delinito, ac iustitico eius fanore repleto. neque enim arbitror Senatum, illo in Catonis honorem facto decreto, suum populo ius totum adimere voluisse. Atque haud scio an commode etiam Valeii verba in eandem sententiam exponi possint, ut intelligatur Catonem maluisse suo legitimo tempore totam praturam petitionem populi suffragiis permittere suoque iure adipisci, quam tum eam Senatus allato ad populum recenti beneficio deinctum pra iudicio quasi per gratiam consequi.

779. c. *Ex templo magistratum inirent*] Xyl. vertit, *Statim magistratum inirent.* & annotat, In Græco locus est depravatus multaque: ἐν τῷ πρὸς δευτέρῳ τῶν δῆμων ἵστασι. hic aliquid etiam deest: & quæ sequuntur, confusa sunt. Sensum aperire conabor. Mos erat Romæ ut qui vel consules vel prætotes etiam essent designati, non statim magistratum inirent, sed tempus aliquantum consules vel prætotes designati manerent. Id vero tempus ut intercederet inter designationem & acceptionem magistratus, eo præsertim erat institutum ut inquiri posset qui designati essent, iuste an largitione & emercando iuffragia honorem consequuti essent. hoc enim qui commississent, re comperta legibus ubi us interrogabantur, & pœnas dabant, magistratu arcebantur. Hoc modo animadversum est in P. Antonium, & P. Syllam coll. designatos: quæ historia describitur à Dione libro 36. à Salustio in Catilina, à Suetonio in Iulio. Pompeius itaque & Crassus, quum à pratura excludendi Catonis causa statuisent suos clientes summa largitione & suffragiorum corruptela ad praturam euehere, ac intelligerent fore ut vel Cato vel alius aliquis ambitus eos reos perageret, voluerunt eos inquisitionis & iudicii periculo liberare: itaque statim, ut inirent praturam, illudque tempus inter eorum designationem & magistratum non interueniret, senatus consulto statuerunt. Hanc puto esse genuinam loci sententiam: verba siue codice restituere non aulim.

781. a. *Singuli quingena sestertia*] δεκάδρακμια ἑκατὸν μισθία δραχμῶν. Lapsus peruerit, ut solent in hoc genere. Efficiunt autem drachmarum 125. millia (hoc est 12. per decem millia multiplicata) 500. millia sestertiorum nummorum, seu (quod idem est) quingenta sestertia. Quod annotare visum est ut intelligatur, hæc de re eadem loqui Ciceronem libro ad Atticum 4. epistola de Eurychide. Tribunitii, (inquit) candidati iuraverunt se arbitrio Catonis petitorios: apud eum II S quinquagena deposuerunt: qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Rei huius etiam meminit obiter in præfatione Naturalis

historiæ Plinius.

Ibid. c. *Iniustitia præcipue ut v' i' o, &c.*] Xyl. vertit, *Eo quod turpitudine iniustitia ut certi atque aperti vitii fugiat.* & annotat, Locus hic depravatus est haud debite: itaque ita diuinavi ut libenter sim meliora & certiora afferenti celsurus.

Ibid. e. *Apolodorus*] Meminit huius cum alibi tum ut qui infans diceretur, Plato in iio Symposii.

782. b. *Collega Favonii Curio*] δουλειον male est in Græco. Lapsus nomen omisit. Amiotus Curionem habet, quod probò & κ. δουλειον repono.

783. a. *Munatio Flacco*] Μουνάτιος Φλάκκος: moxque iterum Φλάκκος est in Græco: & retinuit Lapsus, retinuit Amiotus. Ego tamen minime dubito quin Plancus sit legendum. Intelligitur enim T. Munatius Plancus, qui tribunus plebis cum Clodiano cadauere curiam incenderat: quo scelere cum damnatum fuisse Dio libro 40. satis diserte demonstrat, & Cicero ipse Philippicæ XIII. Sequuntur, inquit, alii tribunitii, T. Plancus in primis: qui si senatum dilexisset, nunquam curiam incendisset: quo scelere damnatus, in eam urbem rediit armis ex qua excesserat legibus, &c. cuius quidem rei mentio, sed obscurior, extat etiam in sexta Philippicæ. Est autem Plancus Munatorum cognomen, non Flaccus. Ceterum de reiectione iudicum reo permilla, quia sæpe Cic. & alii meminerunt, estque res non obscura, explicare superfedeo.

785. a. *Primum nefanda redarguam.*] Siquis Bellerophonti libidine, aut Lucretiæ impudicitiam, aut Vlyssi stoliditatem obiiciat, quum constet dos virtutibus horum vitiorum contrariis præstantissimos fuisse, impudenter ac scelerate mendax videatur merito, eaque dicere quæ nefas sit loqui, adeo cum veritate pugnantia. Idem Amphitruo Lyco respondet, quum is notissimæ fortitudinis heroem Herculem non erubisset timidum & meticulosum appellare. Locus est in Hercule furente, apud Euripidem. Legendum autem est τ' ἀρήνη, non τὰ ῥητὰ: quod sensus & exemplaria Euripid. satis docent.

787. c. *Appium Varum*] Ἀππίων mendose, pro Ἀπίων. patet ex Dione.

791. a. *Quantumvis dissimulare*] Xyl. vertit, *Ac si nihil tale cogitaret.* & annotat, καὶ περὶ οὐ παροχρῆσι. verba videntur mutila, nisi forte exponere libeat, *quantquam id ipse non pateretur.* Sed ego minime hoc quod statuerat, præ se iulisse Catonem iudico.

793. c. *Consulam autem quodam modo vobiscum.* Xyl. vertit, *Deliberabo autem etiam vobiscum.* & annotat, Et hic meas coniecturas ac Amioti versionem sequutus sum Græcis non satis (ut suspicor) integris.

IN DIONEM ANNOTATIONES
Guil. Xylandri & Herm. Crusarii,
interpretum.

DIO Platonis fuit & Dionysiorum Siciliæ tyrannorum coartaneus. Præclarissimum eius liberatæ insulæ facinus, prope in natales Alexandri Magni incidit. Vide de eo Diodoro Siculum lib. 16.

958. b. *Sicut ait Simonides*] Eius versus refertur ab Aristotele primo volumine Rhetoricorum cap. 6. Κοσμῶσις δὲ οὐ μέμνηται τὸ ἔλιον. id est, *Neque Ilium Corinthibus trasium.*

959. d. *Ut ipse scribit Plato*] In epistolis ad eius familiares.

960. c. *Arete fratri eius Thearidi nupsit*] Cuius? Arete? ne an Dionysii? est enim ambiguum, Posterius placet, nam fratres Arete Hipparinum & Nyseum vocat Æmilius Probus: qui quidem has nuptias præterit.

961. c. *Peruicaciam tanquam solitudinis contubernalem,* ut declinaret] τὴν αὐθάδειαν ὡς ἐρημίας ζωνοκοδοσαν. Extat Platonis locus in epistola ad Dionem: quæ est in ordine quarta, ἐν δὲ μὲν δὲ. inquit, καὶ ὅτι δοκῆι ποὶν ἀδελφείας τὸ ἀποστῆναι τὸν ἀδελφόν. μὴ οὖν λαθάνωται σε ὅτι ὅτι τὸ ἀπέσταν τῆς ἀδελφείας καὶ τὸ ἀποστῆναι τὸν ἀδελφόν, ἐρημίας ζωνοκοδοσας. Hunc locum sæpe citat noster Plutarchus, Verba autem Platonis satis ostendunt,

αὐθάδειαν ὡς ἐν τῷ αὐτῷ & ἀδελφὸν esse dictum vitium quum quis sibi nimium ipse placet, neque curat quid alii de ipso sentiant. Ego arrogantiam atque etiam contumaciam Latine verti posse censeo: tamen non nihil in hoc Græco, ut & sæpe in aliis, amplius quam in Latino inesse videatur. Est autem vitium in quod ferè, etiam boni incidunt, qui optima freti conscientia, non cogitant aliquando inier quos agant homines, quo nomine Catonem philosophum vtpote Stoicum reprehendere haud iniuria videtur Cicero. Illa altera, malorum plane, & fame contemptorum est, arrogantia, πᾶν οὐ γὰρ πᾶσι ἐξ ἄλλοις ἀπέσταν, qui nihil famam curant neque quidquam eos pudet: in quos est illud Tullii 1. Officiorum. Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino disoluti.

465. d. *Ita venisse tertio se Plato infretum Siculum refert*] Est & hic locus in epistola ad necessarios Dionis, proluxa illa, quæ est numero epistolatum septima, sicut & bona pars harum narrationum inde est à Plutarcho desumpta. Ceterum versus qui sequitur, ibidem extat, iustem quibus est apud Homerum Vlyssæ lib. 12. verbis, ut non possim,

cogitare unde vox εζολοφρευσis hoc loco irreperit, pro Homericis αι αμοφρευσis. Siquidem à Plutarcho mutata est persona: illa autem mendosa vox neque sensum habet, & verbum vitiat.

967.a. Senectutem Dionis, ηγεα in Græco ambigue. Amiotus ad Dionem retulit, quod & mihi videbatur.

968.c. Vecti sunt Dionis milites navibus duabus onerariis] εφορηλον Græcis rotundum significat, aut verius teres, itaque puto hoc genus nauigiorum longis nauibus opposti. Exemplo tamen granissimorum autorum, qui in similibus idem fecerunt, malui Græcam vocem retinere quam non satis perspicuam pro ea ponere.

969.a. Carthaginensium præfectus Synalus] apud Diodorum in huius narratione rei, Patalus nominatur.

970.b. Ab obuiis male multati] Xyl. vertit, Verberibus casti. & annotat, τιμπαίνωμενοι. Guatinus vertit, Virgis enim castos excoriarunt: sequutus (opinor) Suidam, cui τιμπαίνωμενοι est non modo εζολοφρευσis, sed εμμερεσται etiam, & κρεμνισται, suspendi. quod si liber sequi, in cruce actos veritatem. est enim plane consentaneum, supplicio illos corycaeos acerbissimo affectos. Intèpres Aristophanis in Pluto, ad verbum, εμμερεσται κρημνισται, baculos quibus damnati ferirentur, ait fuisse tympana. quem sequutus sum. Est etiam in epistola ad Hebræos vox εμμερεσται, cap. 11. Antiquus & Erasmus verterunt, Distenti sunt: Castatio, Cruciatu. Dicitur & εμμερεσται, apud nostrum in Galba, & vero apud Aristotelem 2. Rhet. cap. 6. de Antiphonte à Dionysio supplicio affecto. Eustathius in 5. Vlyss. ex Euphorione Chalcidensi & Athenæo tradit, εμμερεσται εστι τιμπαίνωμενοι, ut in tanta interpretum varietate liceat quod vis sequi.

Ibid.d. Solarium] ηλιοσκόπιον. Est autem fere solarium, ut ex Cicerone & Varronis l. 5. De lingua Latina percipimus, horologium in quo ex umbra gnomonis in sole hora possunt cognosci: quomodo Græcam vocem grammatici & Plutarchi interpretes acceperunt, tamen haud scio quam absurde pro suggesto vel tribunali in sole posito accipere possimus, secunda etymologia quomodo apud Athenienses ηλιασται dictam aiunt: nisi quod sequentia ostendunt, de ho-

rologio fieri verba.

974.c. Quam omnium hominum studiosissimus fuerit tyrannorum] αυτος αυτων ου δυνασται, &c. refertur hoc ad Ephorum, si Græca sequimur: qui sane an tyrannus tantopere & eorum vitæ instituto fauerit, non scio: neque memini ea de re quicquam legisse, neque ego arbitror tamen eum talem fuisse: Guarinus ad Philistum retulit, quasi illius vitia nulla oratione potuerit Ephorus diluere: quod ego consentaneum puto, & probatum, ut loco etiam huic (quicumque fuerit Ephori de tyrannide sensus) conueniens. Legendum ergo esset αυτος αυτων in voce αυτων, ut sit emphasis, ad facundiam eius & vitia tegendi calliditatem respiciens.

979.b. Syracusanis imperat sityulis vallum cadere, & prope murum proiecit re] Xyl. vertit, Singulis Syracusanorum singulos vallos cadere, & sibi deponere iussit. & annotat, ηνας ουκ ειλευσεν ενα κοψαντας τα φρονιγγος κατὰ βάλλον. Qui verba hæc consideret, facile intelliget interpretes errasse, dum ita exponunt quasi Dio Syracusanos iusserit singulas fossas prope ruinas muri agere. quid enim erit κοψαντας & κατὰ βάλλον? quæ sane fossæ nihil congruunt, quam cædi non proprie dicimus, multo minus deiici; vel deponi. Consequens est ut aut πεσπος, vallus sit, aut vocabulum mendosum. Postetius verum est, (nam πεσπος fossa est, non vallum) & proclivis fuit ad meridam lapsus: scripserat enim altior κοψαντας τα φρονιγγος. (aliàs κοψαντας si κατὰ σιδωσταιν accipias, etiam τα φρονιγγος debet dixisse) litera σ ad vocis præcedentis finem ab oscitantelibratio est translata, & τα φρονιγγος idem scripsit, ut in φ (ut vitiosa pronuntiandi ratione est receptum) deinde mutata. Hæc menda interpretibus peruertendi tententiam loci huius anam præbuit.

981. d. Ut ait Plato] Locus est lib. 8. De repub. quasi confusum aliquid, & in quo omnium formatum teipub. exempla in promptu sunt, per παντοπωλιον seu nundinas, intelligit.

982.c. Per dolorem aliquem animi & iram ex parua & puerrili ortam occasione] Apud Æmilium Probum legitur ea, sed quidem satis seria: nempe quod hæcenus luxuriose & dissolute quum vixisset, parte rerum potito, & eum ad temperantiam reuocante, mutationem non ferret.

IN M. BRVTVM ANNOTATIONES Guil. Xylandri & Herm. Crusærii, interpretum,

Qvod initio statim affirmat Plutarchus, & post ea Pælidonio teste videtur confirmare, M. Brutum a Iunio Bruto qui primus eiectis Tarquiniiis consul fuit Romæ, genus itaxisse: id & Dionysius Halicarnassensis libro quinto pernegat, autor grauissimus, & Dio lib. 44. scriptor Romanarum rerum nunc me dicatans. Sed id videtur alii. Illud nobis annotandum fuit, quo loco est in Græco statim tertio principii verbi, ημετερον ημεις εφωμεν, veruillè Guatinum, ense fulmineum, quam apposite, nemo non videt. Continent autem ea verba non illepidam comparationem. Quippe & gladii quales nos exposuimus, facile nimiam ob rigiditatem franguntur: & nimia humilitati ac prædura ingentia, fere sibi causa mali sunt: quomodo iste Iunius & liberis sese & vita priuabit. Mox huiusmodi veritigrane & humile, non animaduertens, μετρον ημεις εφωμεν minime esse contrarium, sed quasi consequens, (aliàs absurde contraria eidem tribueremus quod ille fecit) & placidum seu pacatum significare, non temerarium aut inquietum. Sic infra in Cicerone de Terentia, ημετερον & ημεις coniunguntur.

984.b. A Seruilio Hala] Seruiliam plerique antiquas inscriptiones sequenti AHALAM scribunt, vulgo HALAM. Ego puto HALAM etiam rectissime scribi posse, idque multo esse quam HALAM verius. Nam cognomen est à parte corporis quæ axilla (quod & ipsum cognomen Seruillorum est) & concisè ala dicitur. Ex Cicerone patet hoc, is in libr. ad Brutum, qui Orator inscribitur, Quomodo (inquit) vester Axilla (loquitur de Seruilio Axilla: & cui vestrum vocet, ex hoc Plutarchi lo-

co pater) Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris, &c. Ergo apparet aspirationem inter duo A interiectam quod ea syllaba esset longa, & ex concisione vocabuli orta, in quæ pronuntiando circumfleretur: unde fortassis Græci AHALAM sumplerunt: ut Latinius, hoc est, magis recepta Latiniotum consuetudine, nos HALAM quam AHALAM scripturos videatur. Sed hæc scire quam mutare, tutius est: Quod Plutarchus porro scribit, Seruiliam gladii sub axilla seu ala ad S. P. Mælium obtundendum detulisse, cogitationem iuuicir, forte inde cognomen hoc ortum. Sed hoc est opinari. Historia est cum alibi, tum apud Luitum lib. ab V. C. 111. Pro Mælium, scribit Mælium. Guatinus ab Ahala in forum tractum, nescio quid sequutus Mælium vertit.

Ibid. d. Sed plebium hunc Bruti dispensatoris fuisse filium] Bruti dispensatoris, οὐκ εὐνομου Βρυτιου. intelligo, qui dispensator fuisset, neque enim Bruti ad illum pertinet posse referri videtur, neque etiam debet: utcumque id interpretes aut sint: Græca enim verba neque mendosa videntur, & ab eorum sententia abhorrent: nisi quæ expositas αυτην εφωμεν. Sed & Βρυτιου non erat Plutarchi, sine pronotone εφωμεν, aut simili particula, positurus, si quidem præsum illam voluisset intelligi.

Ibid. f. Latine fuit Brutus ad castrensem & forensis delionem fuit exercitatus] Xyl. vertit, Romano quidem sermone Brutus ad exercitios & contentiones orationum sufficiens exercitatus fuit. & annotat, Ad militarem hæc facundiam Guatinus non recte applicat.

985.a. Fateamini nos lesisse] ομολογησται εδωκεν υμιν. ita legitur in epistolis Bruti, ab Aldo cum aliis impressis, rectius quædam